

De bonar. litterar. restituione per Gratas
in Italiâ et Germania Sec. XV

MEMORIAM
ANTE HOS TRECENTOS ANNOS
INSTAVRATAE LITTERATVRAE
SAECVLAREM
IN GYMNASIO GORLICENSIS
cl: Iscc LIII, d. XXIII Nov.
RENOVABIT
SOLEMNIQUE ORATIONE
PRO SALVTE PVBICA
CIVITATISQUE NOSTRAE MODERATORIBVS
SENATV AMPLISSIMO
VOTA FACIET

FRID. CHRISTIANVS BAVMEISTERVS,
GYMN. GORL. RECT.

GORLICII, STANNIS FICKELSCHERERIANIS.





LIBRARIUS
1270 1200 0184MVO VI

Contigit, ante hos trecentos annos, reipublicae litterariae felicitas, quam sera commemorabit praedicabitque posteritas, quamque nulla temporam calamitate amplius interpellatum iri, speramus. Cum enim, per tot saeculorum decursum, tenebris barbariae oppressae iacuissent bonaे litterae, factum est, diuina moderante prouidentia, ut Europa, qua occidentem spectat, anno saeculi quinti et decimi tertio et quinquagesimo, nouo eruditae sapientiae lumine colluстрaretur, ipsaque adeo religio, felicissima temporum litterarumque reparatio, spiritum sanguinemque recipere uideretur.

Constantinopoli delituerant adhuc Musae, ibique, domicilio uelut constituto, quam diutissime habitare cupiebant, tanquam in portum, locumque tranquillitatis plenissimum deductae. Eruditi, si qui inueniebantur, qui perpauci erant, fere omnes uiuebant Constantinopoli, quo se, ad ingenii cultum capessendum, conferebant eleganteriae cultiorisque litteraturae studiosi. At quemadmodum minimis momentis maximaे rerum conuersiones, inclinationesque temporum fieri persaepe solent, ita Musae Constantinopolitanae, turbulentissima suito coorta tempestate, sua se de sede otioque demotas uidebant.

Barbari, immanitate efferati, Graecorum Metropolim hostiliter adorti, caedibus et igne miscebant omnia, et, Constantinopoli, quae, ad hoc usque tempus, iudice Aenea Sylvio, uetusque sapientiae monumentum, litterarum domicilium, et arx philosophiae fuerat, MCCCCLIII, mense Maio, expugnata, Musis tristissimum indicere exilium uidebantur. Videbantur uero? Indixerunt prorsus, et funere, post hominum memoriam luctuosissimo, extulere Musas, quae non prius, quam in aliud delatae solum, spiritu motuque redditio, reuiuiscabant.

Quot-

Quotquot enim adhuc coluerant litteras Constantinopoli, quotquot otio cum dignitate, quam exquisitoris cultus eruditionis conciliat, perfuerunt erant, hi, Martis commoti furore turbatique, fuga salutem petebant, libertatem et fentiendi et uiuendi seruitute potiorum arbitrati.

In occidentis partes, Italiam maxime, antiquissimam illam omnis elegantiae eruditaeque sapientiae sedem, tanquam in portum, se recipiebant, diuturnas tristissimasque tenebras, quibus harum terrarum populos circumfuderat barbaria, discussuri. Discusserant feliciter.

Diuino enim ita prouisum erat consilio, ut exules Graeci Italiā noua largaque completerent luce, melioresque litteras, deterso situ et squalore, pristinae dignitati decorique restituerent. Vixdum, patria-relicta, Latium attigerant Graeci, in quibus commemorandi sunt Chrysoloras, Trapezuntius, Beffarion, alii, cum optimarum artium studia, latina maxime et graeca lingua, laetius in dies efflorescerent, cederetque uictri sapientiae barbaries, humanitati feritas, rationisque cultui supersticio. Aperiebant scholas, et, potestate cultiores litteras publice docendi facta, non modo iuueniles animos, politioris litteraturae, eloquentiac maxime, amore imburos, recte sentiendi, dicendi, uiuendique rationem docebant, sed suo quoque exemplo Italos, aemulationis concitatos stimulis, ad liberaliora studia, diligentius excolenda, commouebant.

Ita litterarum felicitas, nouo uelut cursu imito, celerrime longissimeque progreffa, nitidiorem Italiae, quin uniuersae Europae, reddidit formam, aureaque saecula uisa sunt rediisse.

Neque Italiae modo finibus haec continebatur eruditionis instauratio, sed Germaniam quoque Musae, transcensis Alpibus, noua laetissimaque sapientiae luce paullatim replere occooperant, quae, splendore longe lateque diffuso, diuturnam barbariei superstitionis que noctem dissipauit, mirandum in modum. Diuinitus enim ad instaurandas litteras litterarumque officinas excitabantur summa ingenia, quorum, uix credibile est, quantum prouentum protulerit in Germania haec aetas.

Quorum quidem industria quamvis, uel in primis, in linguarum, earumque quibus humanitatis cultus instruitur, artium emendatione fuerit uersata, non defuerunt tamen, qui, quantum Itali aliquie corruptelis linguarum et eloquentiae extirpandis impendebant operae, tantum studii in philosophia, a fôrdibus et squalore repurganda, consumebant, uiam, Petrarchae impressam uestigiis, persecuti.

Haec



FK IIa 734

VD18
X 359 5253

Haec, tam optabilis, tam salutaris uniuerso generi humano, litterarum instauratio, quotusquisque est, cui non in summis summi Numinis beneficiis numeranda uideatur.

Nefas fuerit, tanti memoriam munera non grata piaque celebrare mente, nec eam, uotis Deo pro reipublicae litteratae Mae-
natumque incolumitate religiosus persolutis, festo solemniisque ritu
renouare.

Has partes nobis imposuimus ipsi, qui cum non ignoremus, quantum ex instaurata litterarum dignitate utilitatis ornamentique in uniuersum genus humanum redundauerit, enixissime id agendum nobis putamus, ut gaudium, ex bonarum artium scholarumque, per tot saecula, inter tantas rerum conuersiones, conseruatarum, flore conceptum, testificemur.

Neque minore animi religione ac pietate erga Magistratum, cui Deus ingenuas artes artiumque officinas tuendas commisit, defunge-
mur, Deo tam prudentes, tam iustos, tam salutis publicae cupidos,
PATRES, Oratione, cras hor. IX. in solemni panegyri habenda,
commendaturi.

Rogamus omnes, qui litteris fauent, ut praesentia sua perquam honorifica pictarem nostram comprobent, uotisque nostris uota pro salute publica addant. P.P. Gorlicl, d. XX. Nou. clocc LIII.



Heic

De bonar. litterar. restituzione per Gracas
in Italiā et Germania Sec. XV

MEMORIAM
ANTE HOS TRECENTOS ANNOS
INSTAVRATAE LITTERATVRAE
SAECVLAREM
IN GYMNASIO GORLICENSIS

cccccLIII, d. XXIII Nov.

RENOVABIT

MNIQUE ORATIONE

RO SALVTE PUBLICA

VE NOSTRAE MODERATORIBVS

TV AMPLISSIMO

VOTA FACET

CHRISTIANVS BAVMEISTERVS,

GYMN. GORL. RECT.

STANNIS FICKELSCHERERIANIS.



Farbkarte #13

